UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi, Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m] patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. vii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Visual Library

dalica pœniteat, & DC.ſolidos epiſcopo componat. Si preſ-
byterum quis malè tractauerit, & ſpaſſauerit, ſecundum eius
epiſcopi ſententiam pœniteat, & DCCCC. ſolidos epiſco-
po componat. Si autem mortuus fuerit, vt ſynodus diiudica-
uerit, pœniteat, & mille CC.ſolidos epiſcopo componat. Et
ſi quis epiſcopo inſidias poſuerit, comprehenderit, vel in a-
liquo dehoneſtauerit, pœniteat ſecundum canonum ſtatu-
ta, & presbyteri non occiſi triplicem compoſitionem cum
inſtilis quæ in ſuperiori capitulo ſcriptæ, & cõfirmatæ eſſe
videntur, componat. Si quis per induſtriam epiſcopum oc-
ciderit, iuxta id quod apud Theodonis villam à XXXII. epi-
ſcopis decretum eſt, & quod ibi à nobis & à primatibus pe-
tius Germaniæ, & Galliæ, benigna collaudatione collauda-
tum eſt, & ſubcriptum eſt, pœniteat, & pecuniã à nobis con-
ceſſam Eccleſiæ viduatæ perſoluat. Et hoc de noſtro adiec-
mus, vt ſi quis in his ſupradictis ſanctorum canonũ / noſtri
decreti ſanctionibus epiſcopis, inobediens & contumax ex-
titerit, primùm canonica ſententia feriatur. Deinde in no-
ſtro regno beneficium nõ habeat, & alodis eius in bannum
mittatur, & ſi annum vnum & diem in noſtro banno per-
manſerit, ad fiſcum noſtrum redigatur, & captus in exilium
religetur, & ibi tam diu cuſtodiatur & cõſtringatur, donec
coactus Deo, & ſanctæ Eccleſiæ ſatisfaciat, quod prius gra-
tis facere noluerat. Et ſi omnibus vobis iſta complacuerint,
dicite. Et tertiò ab omnibus conclamatũ eſt, placet. Et im-
peratores, & pene omnes Galliæ & Germaniæ principes
ſubſcripſerunt, ſinguli ſingulas facientes cruces, & Eccle-
ſiaſticus ordo Deo & principibus laudes referentes Hym-
num, Te Deum laudamus, decantabant, & ſic ſoluta eſt ſy-
nodus.

De eadem re. Cap. VII.

Ex cõcil. Mogũti. cap. 24.

QVi presbyterum occiderit, XII. annorum ei pœni-
tentia ſecundum canones imponatur, aut ſi nega-
rit, ſi liber eſt, cum LXXII. iuret. Si autem ſeruus,
ſuper duodecim vomeres feruentes ſe expurget. Conuictus
noxæ vſque ad vltimum vitæ tempus militiæ cingulo ca-
reat, & abſque ſpe coniugij maneat.

De interfectoribus ſacerdotum. Cap. VIII.

Ex cõcil. Vuormaciẽ. ca. 3.

QVi ſacerdotem voluntariè occiderit, carnem non co-
medat, & vinum non bibat cunctis diebus vitæ ſuæ